



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XXIX. Erich Crucemann verkauft zwei Wispel Kornernte aus Ellenberg an das Kloster Diesdorf, am 17. Mai 1302.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

stantes, quod olricus de Myle vnanimi consilio et consensu omnium legitimorum heredum suorum contulit Ecclesie siue claustro in Distorpe vnum plaustrum salis quolibet flumine tollendum in salina Luneburg in do(m)o Memminghe ad sinistram manum cum ipsa domus intratur in sartagine, que gunchpanne vlgariter nominatur, ut hoc ad emendacionem prebende filie sue erme-gardis, ibidem religioni tradite, Jure perpetuo possidendum. Vt autem hec donatio prefate ecclesie in distorpe a posteris nostris inuiolabiliter obseruetur, presentem paginam memorate ecclesie sigillo nostre Ciuitatis dedimus communitam. Datum Luneburg, Anno Domini M^o. CC^o. LXXXXII^o., Sexta feria ante letare.

Nach einer auf Papier geschriebenen etwas beschädigten Abschrift aus dem Anfang des 14. Jahrhunderts.

XXIX. Erich Crucemann verkauft zwei Bissel Kornrente aus Ellenberg an das Kloster Diesdorf, am 17. Mai 1302.

Ego Ericus miles, dictus erucemann, In noticiam vniuersorum christifidelium, ad quos presens scriptum uenerit, uolo deuenire, me libero cum arbitrio et deliberacione bona prehabita vendidisse Domino Aluerico preposito venerabili Monasterii et conuentus sanctimonialium in Distorp, ad usum eiusdem Ecclesie et conuentus, II choros in annuis redditibus in villa Ellenberge, quos habuerat Henricus milde de Saltwedel, vnum chorum et dimidium frater meus et ego dimidium, cum proprietate absque ulla precaria et sine angaria cuiuslibet inpeticionis, Ad-uocacia solum excepta, perpetuo libere possidendos. Debeo eciam esse verus waranda bonorum predictorum, sicut habet cursus vere warandie generalis. Si vero quod absit prefata bona ullam inpeticionem tempore warandie sustinerent, de talibus inpeticionibus exsoluere et quitare teneor antedicta bona, pro quo faciendo intrabunt vna mecum ciuitatem saltwedel Dominus Johannes de Chartowe, miles, Otto de Danneberge et Bernardus de seulenborch XIII noctibus postquam fuerimus requisiti, inde non exituri, nisi eadem bona ab omnibus obstaculis fuerint exsoluta, quod dicti tres obseruandum vna mecum promiserunt extensis manibus data fide. Promissum autem nostrum susceperunt ad usum prefate Ecclesie atque conuentus: Dominus Aluericus prepositus antedictus, Bodo de walfstave et Henricus filius domini Johannis Cha(rtow?) etc. Datum Anno domini MCCC^o. II^o. feria IIII post seruacii

Das Original ist stark beschädigt und gegen das Ende größtentheils unleserlich.